

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Contemplacio p
cum uariis

Cum contemplacionis arcem aliqui tenere desiderant, prius se in campo per exercitium operis probent ut sollicite sciant, si nulla iam mala proximis irrogant, si irrogata a proximis equanimiter portant, si obiectis bonis temporalibus nequaquam mens leticia soluitur, si subtractis non nimio errore sauciantur aut deinde perpendant, si cum ad semetipsos introrsus redeunt in eo quod spiritualia rimantur, nequaquam secum rerum corporalium umbras trahunt uel fortasse tractas manu discretionis abigunt.

Gregorius VI. moralium.

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V¹ V² L¹ L²):

arcem] partem M; probent] probant (*cor. intra*) C; sciant] fiant (*cor. intra*) M; errore] merore P V¹ V² L¹ L²; quod *om.* (*cor. supra lin.*) B; corporalium] spiritualium (*cor. intra*) B; umbras] umbris P V¹ V² L¹ L²